



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

18. Exemptionis parte revocatâ, an cenceatur tota revocata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

privilegium mereatur amittere, qui permiffa sibi abutitur potestate. cap. fuffeffium de Decimis Anfrer. in rep. Clem. 1. no. 4. de offic. ordin.

Q U A E S T I O X V I I I.

Exemptionis parte revocata, an cenfebatur tota revocata?

S U M M A R I U M.

- 1. Callatio partis privilegii inducit in reliquis confirmationem.
- 2. Quando privilegium continet plura capita aequae principaliter, si privilegiatus renunciet uni capitulo, an totalis videatur renunciare.
- 3. Valet argumentum à lege ad privilegia.

Iohannes de Selua in suo tractatu de beneficiis quaestionem hanc in medium ponit, eamque negative resolvit par. 7. quaest. 23. numer. 96. per cap. si eo tempore de electionibus in 6. Ratio est, quia callatio partis privilegii inducit in reliquis confirmationem. *Ita Brunus §. fin. ubi Bald. de test. milu. facit l. alumna §. qui filius in fin. ff. de adimendis legatis Alberti. Brunus tract. de mutat. et transfirmatione, membro 2. conclusione 18. nu. 70.* Deind: quando privilegium continet plura capita aequae principaliter, si privilegiatus possit renunciare uni capitulo, non videtur renunciare totali privilegio, seu alteri capitulo, *arg. l. etiam ff. de minorib. l. quaedam mulier. ff. familia heres. Castrens. conf. 43. nu. 7. par. 1. fol. 223.*

Confirmatur argumentum sumendo à lege ad privilegia, id est privata legia seu privatae leges ut diximus supra lib. 1. quaest. 1. n. 5. Sicut enim inquit Modestinus, *l. derogatur ubi Alciac. ff. de verb. sig. derogatur legi*, cum pars detrahatur, abrogatur cum prioris tollitur. Item sicut lex in nihil recepta ad nihilum obligat, aut in una sola parte recepta, quoad illam solam obligat. *Navarrus in Manuali cap. 23. n. 40. et 62. l. qua de tota ff. de rei vendic.* Ita etiam in privilegiis censendum est: Huc conferunt quae alibi notavimus de concilio pro parte recepto, quod pro parte tantum obliget, non opus erit ea iterum hoc loci reficere, *v. supra lib. 1. cap. 50. num. 29.* Item quod de stipulatione pro parte inutili adfert Bartholus in *l. certis conductio §. si nummos n. 12. v. idem est. ff. si cert. petatur*, & quod de dolo dante causam contractui bonae fidei plures res continente adfert Baldus Novellus *v. al. de dote par. 7. privileg. 3. n. 2. ubi late per l. scire debemus ff. de verb. obligat.* & quod lex pro parte correctae esse potest, pro alia minime. *Cavalcan. decis. 30. n. 10. et 16. par. 2.* ex istis enim hic articulus amplificari & confirmari possit.

Q V E.